



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quomodò non debemus concupiscere domum proximi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

cius, Rom. manens in contra illam, atiuè, id quod Deus enim upiscentia nctum, vni omnis: ve li obtempe t Roma, ten viuetis, id autem min imputat illi resili Naturalis & opera co illis & pijn anquam vle em, quia na habitat in abeat actu bi natura cupiscentia acupisceantur tidiè hanc am si quis iæ corpori intenderet nus affectu rbum esse pe cato, si non igitur vale imiam natu rd ut simus ati que redi uistitia, san ficiat

ficatio & redemptio, 1. Corinth. 1. Ideò Deus dicit: Non concupisces: nempe ut vel sic agnoscas concupiscentiam esse peccatum.

Tertio, in hoc præcepto per domum proximi, non solum ædificium est intelligendum, sed tota res domestica, & quicquid ad hanc pertinet. Estigitur hæc sententia, Noli concupiscere, vt libenter velis esse quod proxim⁹ tuus est, vel in tali statu, familia, splendore, diuitijs, potestate, honore, titulo, officio & sumptuositate, &cæt. Sed quod sis, esse velis, iuxta gentilem poëtam, & sorte tua contentus esto. Deus habet varia dona, & distribuit cuique prout vult, Roma. 12. quare dono suo virusquisq; debet contentus esse, suo honore, statu, bonis, & cogitare quomodo Deo gratias agat pro eo quod habet, vt suo statui & officio satisfaciat, & placeat Deo, & hoc Deus mandato suo præcepit, ne aliena concupiscamus, nō proximi splendidam domum, amplos hortos, agros, pascua, vineas, nec ea pfas & nefas ad nos trahamus, maximè quando videmus proximum laborare ære alieno aut inopia, tunc circunuenimus eum, & bona illius cum eius detimento & vili precio nostra efficimus. Quin hoc potius studere debemus, vt proximus noster maneat in sua possessione, diuitijs, statu & honore, mutuum illi dantes, & nihil usurpare inde sperantes, vt Christus nos docet Matth. quinto. Ideò qui sic proximum suum in tempore necessitatis suæ circunuenit, licet iuste & recte emat vel ad se redigat eius bona, non tamen erit sine peccato, quia Deus dicit, Non concupisces domum proximi tui. Videant ergo hic usurarij diuites, qui omnem substantiam proximi sui exigunt: grauiter etiam peccant lusores, qui per varias practicas pecunijs proximi insidiantur. Qui cunque igitur pauperem vel diuitem in necessitate, fraude vel dolo decipit, ac minori precio bona eius ad se trahit, id quod (proh dolor) iam commune

S 3 est in

est in mundo, grauissimè contra Dei præceptum peccat, &c. Est enim, inquit Gerson, grandis tentatio boli, qua facit ut homo alterius concupiscat statu domum, officium, religiosi volunt statum habere cularium, & seculares religiosorum &c. Nemo tur concupiscat rem proximi sui: quia quilibet peret naturaliter manere in sua domo, suo statu & ficio, ideo & hoc faueas proximo tuo. Sic Christus Ioan. 21 dixit, tu me sequere, quid ad te Ioannes, et faciam cum Petro? Quare quisque ambulare debet secundum vocationem suam, 1. Corint. 7.

*DECIMVM DEI PRÆCE
PTUM, Non concupisces uxorem
proximi tui.*

CAPVT XXIII.
ARGUMENTA.

1. *Quid hoc præcepto Deus præcipit & exigunt nobis.*
2. *Quomodo transgressores huius præcepti
niuntur.*
3. *Quod serui & ancillæ non debent credere
cili detraCTORIBUS, & qui eos alienare
volumuntur a suis dominis: nam & Deus illos punit.*



Voniam Deus omnia creavit, & illa sunt cœlum & terra, & omnia quae eis sunt, Psalm. 145. ipse enim verus Dominus: Deinde quoniam ipse diffiduit suum, id est, bona & diuitias, propter quae ipse vult. Si enim Matth. decimo dicitur murmurantibus, Nonne mihi licet facere de meo, quod vo-